

lidam, quæ octiduum probè tecta re-
 federit, superfunde. In calido fermentari sine, in vase amplo & alto, ne exundet, per dies octo. Defunde & filtra. Abstrahe aquam insipidam, præclarum oculis laborantibus remedium, blandè adstringendo corroborans, mitigans, refrigerans, ex alto trahens, & digerens, vt vlceribus quibusuis & inflàmationibus tutò adhibeatur. Annon heic vires calcanthi & vrinæ sint quàm integrorum, teste experientia, viuaciores? Analeptica ἀγώνη, edulia quidem pullorum, auicularum, carnicum ritè parata cocta que à nostra natura, vinci digeri que facilè concedit. At si innatus calor viscerum, quauis de causa debilior, cum morbo conflictatur, ex iisdem edulijs vel expressione, vel distillatione elicit ea, quæ probè nutriunt, crassiore parte, superflua & inutili, in qua vincenda laborauisset natura, ijs præparandi modis studiosè seposita. Id verò magis morbofis constitutionibus enitemur, quando natura infirma non cum alimento simili, sed cum remedio dissimili, habet quod

Cibi Chymicè præparati commodius nutriunt.

M 2 depu-